

Franckesche Stiftungen zu Halle

Observationvm Philologicarvm Decadem

Dehn, Johann Heinrich

Regiomonti, [1729?]

VD18 13484982

Observatio IV. in Coheleth VII. 17.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:obv:ha33-1-216539)

quæ facitis. Hic murus aheneus esto, conscientia, cujus fundamentum est vitæ sinceritas, huic stude.

Observatio IV. in Coheleth VII. 17.

Nemo anxius præsidium quærit ac latebras, quam qui de suis rebus desperat, nemo in scripturæ dictis contradictionem adparentem spirantibus, se lubentius involvit, quam Epicuræorum asseda. Expertus est hoc fatum, liber *Ἠέπνευς* Coheleth, ad quem, tanquam ancoram fugiunt illi, qui ut mitius dicam laxitatem moralem, simulacra virtutum, splendida peccata, artem peccandi sine prostitutione, pro veris amplectuntur virtutibus. Notati ergo merito à multis, & totum librum, & partes, & momenta ejusdem vindicantibus. Fecerunt idem ex innumeris aliis, Vir ven. præceptor æternum colendus *D. Abrab. Wolffius* diff. de anima, ven. præceptor *Jo. Jac. Rambachius*, in diff. in Coheleth, item in diff. De Salomoni ad esum, potumque adhortationibus *Jenæ 1720. habita*, ut & *M. Ernest. Fried. Neubauer*, amicus honoratissimus, in diff. h. a. sub præsidio Viri Excell. Fautoris, omni reverentia colendi, *Christian. Benedicti Michaëlis*, habita, sub tit. de Salomonis exhortationibus ad leuitiam, aliique. Quod præsens oraculum attinet, tantum abest, ut hic publicum Epicureisini ac hypocriseos, doctorem agat, ut potius contrariam *ἀντιπρὸς* inculcet, Salomo. Non est absurda opinio *Merceri*, nimium rigorem in taxandis, aliorum vitiis & officiis hic prohiberi, contra *ἐπιεικεῖς* svaderi, Phil. IV. 5. coll. A&. XXIV. 4. 1 Pet. II. 18. 2. Cor. X. 1. Tit. III. 2. Jac. III. 17. quæ ex mente *Aristotelis Eth. L. V. c. 10. est*, cum quis de jure suo concedit pacis causa, & qui injurias moderate & placide ferre potest. Sic & patrum permulti, *Hieron. Op. T. VII. p. 83.* Alii subjectum arctius adhuc determinant, de judice, patrefamilias, imo omnibus illis, qui sibi subditos habent, id intelligentes, ita: ne sis nimium justus, i. e. rigorosus, morosus officiorum exactor, nimis sapiens, i. e. ne occulta nimis expisceris. in suspicionem aliquem sine ratione trahendo, contra, ne sis improbus nimis, i. e. noli hac eo trahere, ut contra omnem justitiam negligere ac plane non sceleratos punire velles, sed potius libidinibus
omni.

omnibus frenalaxare. Sic ipse Luth. T. V. Altenb. f. 1251. Vinarienses in Bibl. Pfeiff. D. V. p. 662. exemplo esset Saul, 1. Sam. XV. 9 Amalekitarum Regi contra divinum mandatum parcens, cui etiam ex figmento Ebraeorum קול בת nefanda divinæ vocis æmula, (uti recte dicitur à celeb. Dantzio in diss. sub hoc tit.) acclamaverit: אל תהי רשע הרבה. Consentit, quoad rem & ultima verba Chald. ita v. 16. transferens, לא תהי זכר יתיר בערן דאתחייב היבנא, קטורל כבית דינך כדיל לחיסא עלוהי רלל: Ne sis nimium clemens, eo tempore, quo capite damnandus est reus, in loco iudicii tui, adeo, ut velis ejus misereri, neque illum morti tradere. Sic & Osiand. Bibl. ad h. l. hæc verba ad judicia restringit: Legum rigorem equitate esse temperandum, nimiam enim justitiam incurrere peccatum, sic & Jo. Brentius in h. l. uti, inquit, quis gladium aut cultellum nimium acuendo multo, retusorem reddit, sic & legis litteram, anxie nimis, veluti ad viuum exactam, obstupescere, h. e. ex summo jure extremam fieri injuriam. Alii in genere mediocritatem hic doceri putant, cum Amama & Drusio, qui in Prov: class. II. L. II. Prov. 301 ita nimis, inquit, justus est, qui leges ita servat, ut nullam habeat rationem publici boni. Nimis boni sunt, qui sunt nimis clementes, nimis sobrii, temperantes, liberales. Virtus enim omnis, cui nimium accesserit, in vitium degenerat, verba autem, ne sis improbus nimis, ita παρὰ μέτρος, improprie loquitur, ut extrema fugienda, & medium amplectendum esse doceat, alioquin impie agere, nec parum nec multum licet. At (1.) hæc expositio est contra contextum, ne γὰρ quidem de excessu in virtute, sed de imaginatione loquitur, Koheleth, quæ autem connexio, justus imaginarius perit, ergo modum serva in virtute. (2.) periculo non caret hæc expositio, nimium quis esse posse sobrium &c. cum præterea sit ista hominum perversitas, ut magis in defectu, quam excessu, virtuosi esse velint, imo talem Ethicam ambabus prehendant manibus, quæ nimium in virtute taxat, contra, docet, excessus tantum in peccando esse vitandos, qualis etiam est Christ. Wolfii, qui in Ethica sua totus est in eo, ut doceat v. g. Ehr. und Ruhmbegierde esse permitta, imo ad ea homines obligari, vitium tantum esse Ehr. Giltz. conf. §. 593. 596. 601. Propius veritati accedit Aben Esra, qui per justum talem intelligit, qui ex nimia justitia

stitiæ adfectatione, duriorē victus rationem quærit, nimis v. c. jejuniis corpus adfligit. Sic & *Maimon.* in *Hale.* דיעות c. III. satis clare hæc verba ad jejunia adplicat: אסרו חכמים שלא אדם מסנף עצמו בתענית ועל כול הדברים האלה וכיוצא בהן צוה שלומה ואמר אלתהי צדק הרבה: Sic & alii Judæorum hæc verba ad illos adplicant; qui ex nimio rigore etiam licita pro illicitis reputant, v. g. carnes omnes pro immundis habent, cum tamen tantum quorundam animalium esus sit interdictus. Non procul abest ab hoc sententia *Gejerus* in h. l. illos hic putat taxari, qui omnem mundanorum usum, etiam ad vitæ necessitatem spectantium, detestantur v. g. honores, divitias, conjugia, liberos commercia cum aliis, aversantur macerationi corporis nimis indulgentes &c. Alii cum *Pembello*, Anglo quem *Polus* in h. l. citat, putant, objectionem hic solvi tacitam carnis, ex durioris fortunæ vexatione dicentis: *ne sis nimium justus.* (Mal. III. 13. 15.) Respondere autem *Cohemoth*, cave, ita sentias, ne sis nimium impius, i. e. injurius in providentiam divinam, ut cum vexant mala fata bonos, tu nullum esse *DEum*, putare velles. Plane diversus est *Seebachius* in h. l. p. 483. ita explicans: Nimiam confidentiam & defensionem causæ suæ bonæ coram judicio prohiberi, nimiam sapientiam i. e. ostentationem ejus in defensione sui, nimiam improbitatem, i. e. nimium silentium, ut justus cum sis, pro injusto reputeris. Rem acu tangunt, talem justum intelligentes, qui ex nimio innocentiae suæ conceptu, providentiam divinam, quæ sæpe mala bonis, bona malis evenire permittit, injustitiæ postulare non erubescit, huic os obturat Salomo. Sunt in hac sententia interpretum optimi, *Seb. Schmidius*, *Comm. in h. l. p. 220.*

Annot. Uber. Hallens. auctor, ven. Vol. II. p. 950. Spenerus ך״ in lib. gerettete Sprüche &c. p. m. 78. *Zicoldus* paraphrasi in h. l. *Dyke* in tr. Geheimniß des Selbstbetruges c. 16. p. 383. *Jo. de Pineda* *Comm. in h. l. p. 505. Menochius, Tirinus, alii* Audiamus *Jo. Jac. Rambachii*, acutissimi Hermeneutæ paraphrasin h. l. in diss. in *Cohemoth* p. 55. Vidi justum i. e. talem, qui nimia suæ justitiæ, fata meliora promerita, persuasione inflatus, perierit, quod alius contra impius quidem, sed divinis sese judiciis submittebat, longius vitæ & pœnitentiæ spatium